Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



eis qui in testimonio signauit quia ds uerax est. Quem enim misit ds: uba
di loquitur. Non enim ad mensuram dat ds spm. Pater diligit filium: et omnia dedit
in manu eius. Qui credit in filium di: habet uitam eternam. Qui autem incredulus
est filio non uidebit uitam: sed ira di manet super eum. Feria vi.
In diebus illis. Cum uenerint tempora refrigerii a conspectu dni. et miserit
eum qui predicatus est uobis iesum xpm. quem oportet quidem celum suscipere usque
in tempora restitutionis omnium quem locutus est ds per os sanctorum suorum a seculo
prophetarum. Moyses quidem dixit. Quia prophetam uobis suscitabit dns ds ur
de fratribus uris. tanquam me ipsum audietis. uerba omnia quecumque locutus fuerit uobis.
Erit autem omnis anima que non audierit prophetam illum. exterminabitur de ple
be. Et omnes prophete a samuel. et deinceps qui locuti sunt. et annuntiauerunt
dies istos. Vos estis filii prophetarum. et testamenti. quod disposuit ds ad
patres uros. dicens ad abraham. In semine tuo benedicentur omnes
familie terre: Vobis primum ds suscitans filium suum. misit eum benedicentem
uobis: ut conuertat se unusquisque a nequitia sua. Sc. Johm.
In illo t. Dixit iesus turbis. Ego lux in mundum uenio: ut omnis qui
credit in me. in tenebris non maneat. Et si quis audierit uba mea et non
custodierit: ego non iudico eum. Non enim uenio ut iudicem mundum: sed
ut saluificem mundum. Qui spnit me et non accepit uba mea: habet
qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum: ille iudicabit eum in nouissimo
die: quia ego ex me ipso non sum locutus: sed qui misit me pater ipse mi
mandatum dedit: quid dicam et quid loquar. Et scio quia mandatum eius
uita eterna est. Que ergo ego loquor. sicut dixit mihi pater sic loquor.
Kyrie. Omne datum optimum et omne
donum perfectum de sursum est descendens a patre luminum. apud
quem non est transmutatio nec uicissitudinis obumbratio. Voluntarie
genuit nos uba ueritatis: ut simus initium aliquod creature eius. Be
atus uir qui inuentus est sine macula. Sit autem omnis homo uelox ad audiendum: tardus
autem ad loquendum. et tardus ad iram. Ira enim uiri iustitiam di non operatur. Propter
quod abicientes omnem immundiciam. et habundantiam malitie: in
mansuetudine suscipite insitum uerbum: quod potest saluare animas uras.